



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-133621-p0001-7

DFG

Stock-
facke



- 1 Andreæ / Jac. / Repetitio lanae
Doctrinæ Lutheri de Persona
Christi et de Coena Domini
Wittenberge, 1580.
- 2 Bayer / Joh Wilh. / Diff. de Læge
Evangelica, jenæ, 1692.
- 3 Beckmann / Fridemann: / Diff. & Joh:
Cap: 1. vers: 7. jenæ 1674.
- 4 Eckhard / Henr. / Diff. de Concilio
Apostolorum Hierosolymis concreto,
Giffæ, 1608.
Fabri / Joh. / Theses de Causa peccati,
Argentorati, 1663.

14
15

THESES DE
BAPTISMO
CONTRA DANIE-
LEM TOSSANUM,

A D Q V A S,

A V X I L I A N T E D E O,
P R A E S I D E Æ G I D I O H V N N I O, S. Theolo-
giæ Doctore, & in Academia VVitebergensi
Professore, M. ANDREAS SCHAFMANNUS
Tremoniensis 16 Novembris in Audi-
torio Theologico horis matuti-
nis, respondebit.



VVITEBERGAE,
Excudebat Vidua Matthæi
VVelaci.

ANNO M. D. X C I I I.

7

БАДАМОВА
ОМСКИЕ
ЛИНИИ
СО

ОДИНАДЦАТЫЕ
ЛИНИИ
АНДРЕЕВСКАЯ
СХЕМА
АНДРЕЕВСКАЯ

СХЕМА
СИБИРСКАЯ
СИБИРСКАЯ
СХЕМА

DISPUTATIO
DE BAPTIS M C.
CONTRA DANIE.
LEM TOSSANVM.

THESIS PRIMA.

Explicatis superiore disputatione & assertis contra Tossani nugas articulis de Cœna Domini & Petona Christi, nunc reliquas eius quisquilias, quas Visitationis Saxonicae articulo de Baptismo aspersit, excutiemus, visuri, ecquas theses nostris thesibus affirmativis opponat: Et quid visitatorijs negativis thesibus oogganat.

2. Primò scribit, orthodoxos (sic molliter suos Calvinis) Ad Tosstas nominat) unum baptismum in novo Testamento agnoscere, quo non sordes corporis deponantur, sed quod sit SACRAMENTVM ablutionis & remissionis peccatorum &c.
3. De unitate baptismi respondemus: Calvinistas non unum duntaxat credere baptismum, sed duos planè diversos, non solum definitione discretos, sed etiam temporum intervallis à se invicem prorsus separatos, distractos & diversos.
4. Nam quod attinet baptismum Aque, solenne est Sacramentarijs eum appellare EXTERNUM lavacrum, ein Eusserlich Wasserbad/ quo sordes abluantur corporis.
5. Ablutionem verò à peccatis & regenerationem nominant Baptismum internum, cuius ablutio illa externa symbolum sit. Et internum hunc baptismum palam affirmant contingere non in infantili etate, (ut in quam fides, qua sola fit aspergio sanguinis Christi, & ablutio à peccatis nulla

Vide Bezzam in
Resp. ad obiecta
quædam Iacobi
Andreae, philo-
sophantem de
duplici Baptis-
mo, interiore
uno, exteriore
altero.

ratione cadat) sed demum post aliquot annos, ubi grandi-
usculi facti fuerint.

6. Assignabimus in progressu propria illorum verba quib.
unicum baptisma in baptismos & actiones specie differentes,
externam & internam, aliquot annorum spacio discerpunt,
quas Scriptura in unum numero baptismum devincit, &
DEVM externa actione mediante internam efficaciter in
baptizatis infantibus exerere constantissime profitetur,
quod utidem paulo post ex indubitate verbo Domini ad ocu-
lum demonstrabitur.

7. Porro quod Tossanus scribit, docere Orthodoxos, ba-
ptismo non deponi sordes corporis, agnoscimus equidem A-
postoli verba ex affirmativa thesi nostra hac repetita. Inter-
rim Tossanus Heidelbergensi Catechismo nomen atq; titu-
lum TH̄S ὁγδοήιας inscius ac præter animi sui institutum
eripit.

8. Quod hoc probatur argumento: Quisquis docet Ba-
ptismi aqua deponi sordes corporis, orthodoxè non sentit.
Est hæc propositio Tossani ex Apostolo Petro. Iam verò
Catechismus Heidelbergensis docet baptismatis aqua depo-
ni sordes corporis, imo ad hoc illam esse ordinatam, ut cor-
poris sordes abluendo internæ sit ablutionis symbolum. Er-
go Catechisinus ille Orthodoxus non est.

9. Minor patet ex verbis Catechismi rudem plebem mi-
seramq; pueritiam sic informantis; quod baptizatus tam
certò sanguine & spiritu Christi ab immundicie animæ, hoc
est, ab omnibus peccatis ablutus sit, quam certò EXTRIN-
SECVS aqua, quæ sordes CORPORIS auferre solet, sit
lotus.

10. Observa, quod loquatur Catechesis de aqua, non qua-
libet, sed in specie de hac baptismi aqua, qua baptizatus la-
vetur EXTRINSECVS. Et de hac sacri baptismatis aqua
diserte

disertè pronunciat Catechismus, solere illam sordes corporis auferre, ut huic affirmato seu fundamento analogiam Calvinisticam hanc superstruat, quod quemadmodum aqua baptismi forinsecus sordes extergit corporis: ita sanguis & spiritus Christi intrinsecus hominem à peccatis suis emundet.

11. Quid verò ad hæc Apostolus Petrus? Is baptismi aquam ad hanc exteriorem ablutionem præstandam, ordinatam esse palam negat, simulq; fundamentum & huic impositā Calvinisticae illius analogiae structuram funditus evertit.

12. Ita namq; Divus Petrus: cuius, inquit, figuræ respondens baptismus nos quoq; salvos reddit, quo NON carnis sordes abiciuntur, sed quo sit, ut conscientia benè respondeat apud D E V M. 1. Epist. 3o

13. Quando pergit in prima sua thesi Tossanus, baptismum esse Sacramentum ablutionis & remissionis peccatorum nostrorum per sanguinem Christi &c. Non ignotum nobis est idiom a Sacramentariorum & lusus aleatorius, quo per vocem sacramenti non nisi signum ablutionis & remissionis peccatorum intelligunt. Ipsa enim beneficia hac per baptismum (parvolorum præsertim) CONFERRI negant impie, idq; partim verbis manifestis, partim re & facto, quod in progressu demonstrabitur hoc splendidissimo Sole illustrius.

14. Secunda thesis Autagonistæ, si parvolorum aptetur baptismati, nihil aliud est, quam fucus merus. Ad The-
sin Toss.

15. Si enim evidenter probabitur, esse in Calvinianis Ecclesiis receptum dogma, parulos omni propria carere fide: probatum eadem opera erit, paedobaptismum ex hac Calvinistarum opinione recælesti prorsus esse vacuum. affir. 2.

16. Vbi enim cor hominis fide imbutum non est, ibi nec promissionis est fructus ullus, nec remissio peccatorum, ut quæ sola fide apprehenditur, nec aspersio sanguinis Christi

vel à peccatis ablutio ulla (quandoquidem Christi sanguis
non aliter quām fidei hyssopo aspergitur cordibus nostris)
nec locum habere potest regeneratio, quae absq; fide nudus &
inanis est titulus absq; re & veritate: nec deniq; Spiritus
sanctus, qui non nisi per fidem habitat in cordibus fidelium.

17. At verò tritam & per vulgatam esse Calvinistarum
regulam, parvulos etiam baptizatos fide propria tantisper
carere, donec ad discretionis annos progressi fidem ex audi-
tu verbi concipient: ostendunt sequentia verba è proprijs
illorum libris fideliter exscripta.

18. Calvinus in institutionibus solvens argumentum A-
nabaptistarum obijcentium, baptismum pænitentie ac fidei
sacramentum esse, quare cum neutra in tenellam infantiam
cadat, caendum, ne si in baptismi communionem admit-
tantur, inanis & evanida reddatur significatio: hic Calvi-
nus ne uno quidem verbo affirmatum hoc Anabaptistarum
negat, aut è converso infantes fidei capaces esse confirmat,
sed concessa ea propositione de fide in tenellam statem non
cadente, tantum per instantiam Circumcisionis, id, quod inre-
fertur ab Anabaptistis, diluit.

19. Vnde liquidissime cernitur, in hoc prorsus conuenire
Calvino cum Anabaptistis, quod infantes fidei participes
non sint.

20. Beza porrò in questionibus & responsonibus suis ita
docet: Infantum, inquit, prius moriturorum, quām doce-
antur, alia ratio est, cum fides sit ordinario quidem modo ex
auditu: extra ordinem verò ex sole intrinseco Spiritus sancti
motu, quorum vel alterum infantibus competere EX NVL:
LO scripture loco, neg; ulla levissima conjectura collegeris.
Fides enim (sive ex auditu, sive extra ordinem oriatur) ne-
cessariò presupponit noticiam gratuitè in Christo promis-
sionis, quam is qui credit, sibi ipse applicet. QVOD NVLLO
MODO IN INFANTES CADIT.

21. Idem

21. Idem unā cum sociis, Abrahamo Musculo Bernensis Ecclesiae ministro, et reliquis associis in colloquio Mompelgaraciensi, thesibus ibidem sc̄riptis traditis affirmat, infantes PROPRIA FIDE, pr̄sentim actuali, CARERE, utpote quae sit ex predicatione verbi AUDITV. Rom. 10.
22. Et in prefatione Ressponsionis ad Acta colloquiū Mompelgardenis hoc suum impium dogma nititur etiam argumentis sed futilissimis, obtinere, inter cetera irridens parvulorum fidem pagina 24. his verbis : pr̄terea, inquit, si A postolicum dictum illud verum est: fides est ex audiū, et quidam ex pr̄dicantis ore, unde tandem illa fides vestra IN FANTILIS.
23. Quasi uero Paulus dicat ex SOLO auditū verbi esse fidem. & non etiam ex lauacro regenerationis. Haud aliter, ac si quis audiens Petrum dicentem: regenit uestis ex semine immortali per verbum Dei viventis, colligat hinc insulsissimum, per SOLVM verbum, & non etiam per baptismum effecti a Deo regenerationem, quod esset Christo, Petro & Paulo in faciem contradicere.
24. Interim ex his allegatis apparet evidenter, Bezam, & qui illum sequuntur simul omnes, sicut in infantibus etiam baptizatis perfide negare.
25. Idq. ipsum professi sunt Theologi Palatini in scripto suo Neostadii per Mattheum Harnisch Anno 82. edito, infantes nimis fidem non habere, et quia simul docuerunt sacramenta, sine fide non esse sacramenta, sed tantum omnia, inutilia et ociosa spectacula, obiectum eis est à nostris, secuturum hinc, ut pedobaptismus inane spectaculum sit Vbi non habuerunt illi, quod contratuissent, pr̄ter hoc unicum pudenda contradictione semetipsum conuellens, Infantes habere SEMEN & radicem fidei per operationem Spiritus S.
26. Quasi uero non aperte ludificantur Ecclesiam his verborum inuolucris atq. pr̄stigijs cum quod semen illud fidei sit explicare nec possint nec ausint. Sine

27. Siue .n. statuant, inesse natura in infantibus aliquod fidei semen, Pelagianismi crimen non effugient: siue intelligent motum aliquem actu in eis accensum per Spiritum S. quia tamen motus non sit ipsa fides: pertinaciam suam in errore prodent, quod motu internu Spiritus accensum luce largiuntur parvulis, fidem ipsam vero, sine qua saluari nequeunt, eisdem derogant: siue dixerint, per semen & radicem fidei notari Spiritum sanctum, nondum in illorum cordibus excitata fide ipsa: contra scripturam omnem credendu porro fuerit ex his Calvinianorum placitis, posse aliquem habere Spiritum sanctum gratiosè inhabitantem absq; fide.

28. Inconcussum ergo perstat, tanti per esse pro meritis prestigijs habenda, quæcunq; Tossanus de re cœlesti, seu beneficiis spiritualibus sua thesi differit, donec Calvini, Bezae, Neostadiensium & reliquorum Sacramentariorum Anabaptisticos furores aperte damnaverit.

29. Quamdiu enim statuitur, infantibus fidem per baptismum non dari: tam diu accusatop erit affirmare, in ipsorum baptismo ullam esse vel remissionem peccatorum, vel internam ablutionem, vel spiritas sancti gratiosam inhabitationem aut operationem.

30. Et quoniam hoc peruerso dogmate prorsus evanescatur parvolorum baptismus: omnino mordicus tenendum est, mediante lauacro regenerationis ipsos vera etiā donari fide, qua gratiā Dei, qua remissionem peccatorum et salutem apprehendant, praesertim cum negari nequeat, regenerari eos, alias iuxta tenorem iuramenti Filij Dei regnum celorum videre non possent. Iohan. 3.

31. Si ergo regenerantur, fides eis conferatur oportet, sine qua nec renati essent, nec Deo absq; fide placerent. Heb. 11. nec Christus in eis habitaret, utpote, qui non nisi per fidem habitat in cordibus nostris. Eph. 3. sed nec mundum mundig; principem vincerent, qui non nisi fide superatur. 1. Io. 5.

.nec

nec iustificantur, quia non iustificatur homo, NISI perfidem Iesu, Gal. 2.

32. Quemadmodum neq; parvulis in veteri Testamen-
to esse potuisse circumcisio signaculum iustitiae fidei, si fide
ipsa & proinde iustitia fidei fuissent destituti.

33. Quis sacramenta, sive veteris sive novi Testamen-
ti, parvulis nihil quicquam prodessent sine fide. Siquidem
immota regula est: Sacramenta sine fide utentis prodesse
nihil. Et ut speciatim de Baptismo scribit Calvinus: Ex hoc
Sacramento (Baptismi) quemadmodum ex alijs omnibus,
NIHIL assequimur, nisi quantum fide accipimus. Si fides
desit, erit in testimonium accusationis nostrae coram Deo.

Nota
“ Calvin.
“ in Instit
“ cap. 17
“ sect. 15.

34. Quia ratione præstaret cum Anabaptistis differre
baptismum infantum nostrorum, donec imbuti fide saluta-
riter baptizari possent, ne statuendum sit, DEV Ministruisse
ceremoniam prorsus inanem, ociosam, & inutilem, que sine
fide percepta plus obfit, quam prodit.

35. Esse vero parvulos salvificæ fidei virtute Dei capa-
ces, imò participes, Christus asseveranter enunciat, Matt. 18.
loquens ibi de pusillis, qui credunt in illum.

36. Et quoniam ibidem asserit, nisi adultiores confor-
mentur parvulis, non patere illis ingressum in regnum Dei:
hoc ipso parvulorum fides per irrefutabilem consequenti-
am astruitur.

37. Num enim eos, qui regnum Dei ingredi cupiunt, di-
cemus conformari oportere incredulis? cum tamen regnum
illud Dei non nisi fidelibus paratum sit.

38. Quamvis ergo nobis non constat ratio & conditio fi-
dei eorum: tamen satis est, Deo illum esse notam.

39. Nam & in Iohanne Baptista in utero materno lati-
tante fidem excitavit Luc. 1, in hoc quidem certas ob causas
immediatè & extraordinariè: in reliquis infantibus ordi-
nariè & mediater, per Sacramentum initiationis ad id desti-
natum.

40. Et in Davide prestitit ut adhuc ab uberibus matris pen-
dens fiduciam in Domino collocaret. Psal. 71. Atq; hæc ad
secundam thesin responsa sunt.

Ad T hef 41. Thesis tertia Tossanus Augustini verba citans animo-
sè & per fortiter cum larvis dimicat. Non enim ullus sanus.
Toss. 3. Doctor, nedū Augustinus, hoc præcipiet, ut perceptionem signi
affir. & rem signati, in diversas actiones per temporum interval-
la distrahamus: sed ut conveniente adhibita signi & signa-
ti distinctione, oculum mentis supra creaturam corpoream
elevantes, statuamus, ipsi Deo sic visum esse, regni sui the-
sauros, terrenis vasculis (ut scriptura loquitur) offerre no-
bis, & per rerum corporearum Symbola nobis applicare caro-
stia sua dona & beneficia.

42. Hoc pacto non habemus Oculos mentis ad Elementa
terrena sic de fixos, ut nos etiam ad cœlestia, quæ median-
tibus illis offeruntur, bona, adeoq; ad ipsum datorum Deum
attollamus.

Ad Thes. 43. Itaq; propositiones (Baptismus est lavacrum regene-
rationis, Baptismus nos servat, & illud Pauli: Quicunque
affir. Toss. Baptizati estis, Christum induistis) intelligimus, ut verba
sonant, mediante Baptismo verè infantem ablui a pecca-
tis per sanguinem Christi, in ipso illo Baptismi actu, & Ba-
ptisma nos servare eo sensu, quo Verbum prædicatum nos
servat: Deo per baptismum infantibus largiente fidem, &
huius interventu salutem, planè ut per Verbum fidem ac-
cedit, & hac interveniente salutem fide perceptam appli-
cat.

44. Quod de opere operato & hic & alibi obiectat, est
mera calunnia. Baptismum enim ex ordinatione DEI,
interveniente fide, quam in baptismo Spiritus sanctus ac-
cedit, & non ex opere operato dicimus esse perpetue salu-
tis organum.

45. Et hanc accusationem rectius Tossanus in Gregales
suos

suos suprà memoratcs torserit , quàm in nos . Etenim quia
infantibus fidem præcisè negant , respondeat illorum loco
Tossanus ad hoc argumentum : Baptismus parvulis saluta-
ris est aut mediante fide , aut ex opere operato . Non fide
mediante , quia fidem in infantes nullo modo cadere conten-
dit factio sacramentariorum . Ergo ex opere operato .

46. Augustini dicta , thesi 5. citata , de hominibus adul- Ad the-
ris , non de parvulis baptizatis agunt . Hos enim simul omnes , fin aff.
quotquot baptizantur , regenerari verè , paulò post ex pro- Toss. 5.
fesso demonstrabimus .

47. Thesin sextam quod attinet , initio Tossanus inscitè „ Ad the-
scribit : Ecclesiam credere , PECCATVM ORIGINIS , “ fin aff.
Et quod ex carne natum est , CARNE M esse . “ Toss. 6.

48. Evidem id , quod natum est ex carne , esse carnem , no-
vit Ecclesia ex assertione sponsi & servatoris sui , Iohan . 3 .

49. Peccatum autem originis esse carnem , non vera Ec-
clesia , sed Flaccius , & hunc imitatus Tossanus asserit . Vera
Ecclesia dicit cum Apostolo , peccatum originis habitare IN
carne . Rom 7 . Et Caro de carne NASCITVR : peccatum ve-
rò non nascitur , sed agnascitur . Ut enim substantia est nas-
ci , sic accidentium est agnasci .

50. Deinde firmiter credit Ecclesia vera contra errorem
Pontificiorum , baptismum ex opere operato salutem non
conferre .

51. Credit autem insuper adversus Calvinistarum im-
pietates , spiritum sanctum non quidem esse sic alligatum si-
gnis , quin in casu necessitatis etiam citra ea salutem opera-
tur : interim extra hunc casum necessitatis Deum Spiritus
sui gratiam verbo & signis seu sacramentis voluntarie sic
alligasse , ut sine ijs salutem operari NOLIT .

52. Non quidem quòd ipsa per se signa tantillum opera-
ri valeant , sed quòd DEO visum sit ad confundendam sa-
pientiam Tossani & sociorum , per Baptismum aquæ cœle-

stia sua dona nobis elargiri, & PER lavacrum regenerationis nos salvos facere. Tit. 3. & PER lavacrum aquæ in verbo sanctificare Ecclesiam suam, Ephes. 5. Et EX aqua & spiritu nos regenerare. Ioan. 3.

53. Vbi nihilominus universa laus virtutis & efficietiae DEO in solidum ascribitur, quamvis hanc virtutem suam ordinariè non sine baptismi aqua velit exerere in parvulis, sed per illam esse efficax.

54. Planè ut in prædicato verbo, nec qui plantat neque qui rigat, est aliquid, sed qui dat incrementum, DEVIS: atque nihilominus visum est DEO secundum ordinem à se institutum non sine prædicatione plantantis & rigantis, sed ut Paulus ait, PER prædicationem illam crucis salvos facere credentes. 1. Cor. 1.

Ad thes. 7. „ 55. Venio ad thesin VII. in qua si non iocatur Toscanus, sed serio sentit, neminem, qui non sit renatus, re. & 8. gnum cœlorum posse ingredi: si insuper thesi octava ex cor. Toss. de scribit, Regenerationem SIMPLICITER esse necessariam OMNIBVS servandis ad vitam aeternam: Et vero negare non potest, infantum ex promisso Salvatoris esse regnum cœlorum; utique concedat oportet, infantes regenerari in ipsa illa infantia sua, per ordinarium regenerationis medium atque lavacrum, & proinde nuncium remittat Bezae & socijs, afferentibus, neque omnes, neque aliquos infantes (id est, planè nullos) in infantili sua etate regenerari.

Beza in Colloq. 56. Imò in scripto, quod suis manibus subscriptum traxiderunt Mompelgardi, putant esse absurdum, dicere, infantes renovari eo ipso tempore, quo baptizantur.
Mem. & in Re- spon. pri- ma ad 75. Eos igitur infantes (quos absolute reprobatos somni- ant) dicunt regenerari nunquam, si vel millies baptizentur. Infantes autem electos non nisi in adulteriore etate regenerari ex auditu verbi.

Quam

58. Quām bellē igitur convenit Toffano cum Beza? Toffanuſ ſatetur, & recte (laudo) regenerationem ſimpliciter eſſe neceſſariam omnibus ſervandis ad vitam aeternam. Beza quosdam infantes ſic ad vitam aeternam ordinatos ſtātuit, ut ſi in infantia demoriantur, & ad regenerationem (quæ iuxta ipſius opinionem in ea etate infantili locum nullum habeat) non perueniant, ſaluentur nihilominus etiam citra regenerationis gratiam.

59. Quod ſi Toffanus, omiſſo Beza, nobiſcum ſentit & abſq; fuco credit, omnib⁹ omnino ſervandis regenerationem eſſe ſimpliciter neceſſariam, quemadmodum Christus ipſe liquidiſſimè pronunciat: concedet etiam contra Palatinos Theologos, infantes, qui ſeruantur, eſſe vera fide præditos. Fidem ſi negaverit infantibus, negabit simul & regenerationem, quæ ſine fide nihil eſt, ut & fides ſine regeneratione nihil eſt.

60. Interim & baptismum neceſſarium eſſe pronunciatus, & regenerationem neceſſariam: ſed non pari neceſſi- tis gradu. Regeneratio ſimpliciter eſt neceſſaria, abſq; ub- la prorsus exceptione. Ioan. 3. Neceſſarius ad ſalutem eſt etiam baptismus extra casum privationis, inrante Christo: Amen, Amen dico vobis, niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non potest ingredi regnum celorum: Ita tamen, ut priuationis ille caſus hinc excipiatur.

61. Hoc cum ex sanctissima ſeruatoris noſtri aſſeueratione Ad Tſin. 9° pro- rorsus immotum conſter: ultima theſis Toffani plena ſophi- Toff. aſſ. ſtieſ, addo & impietatiſſit, oportet, cum ait: Christum Io- han. 3. v. 3. 6. 8. NVLLAM AQUAE MENTIONEM facere, cuius ſemel, verſu nimirum ſ. ovuſ. Coſmōe, ut SAEPE APVD PROPHETAS, mentionem faciat.

62. Obſecro, mi Toffane, apertè nobis reſponde: Cum ait Christus, Niſi quis renatus fuerit ex AQUA & ſpiritu, & ex

num vocem aquæ censem propriè sumi, vel metaphorice?
Nam quod συμβολικῶς ait intelligi, equivocationis latibulum est.

63. Si propriè capit, habemus invitis inferorum portis,
quod volumus, nimurum ex ipsa baptismi aqua propriè sic
dicta renascentiam hominis effici virtute operantis Spiritus,
atq; sic constabit illa, quam nos in nostris Ecclesiis contra
vos urgemus, baptisini necessitas.

64. Rursum si propriè intelligendam aquæ vocem existemus,
cur igitur supponis significatum, quo apud Prophetas
usurparur metaphorice, pro Spiritu sancto & huius in fide-
les effusione?

65. Si rejecto proprio significatu, asseveres, eodem isto me-
taphorico sensu per aquæ dictiōnēm in verbis Ioan. 3: notari
Spiritum sanctum, quo sensu Prophetæ Spiritus sancti effu-
sionem exprimunt aquarum voce; vide quām bellè sibi tua
conset interpretatio.

66. Sic enim erunt iam explicanda verba Christi: Nisi
quis natus fuerit ex aqua & Spiritu id est, ex Spiritu & Spi-
ritu. Non sic ineptit Christus, non Evangelista Iohannes ita
ταυτολογεῖ.

67. Si te voles abdere in latibulum Calvini, obijcentis id,
quod Matth. 3: legitur: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & agni,
ubi similiter vox ignis ipsum Spiritum S. notet: expedi-
ba responso est, aliud esse Spiritum sanctum, aliud verò esse
ignes illis flammis, quarum aspectabili forma sese pente-
costes festo revelavit: In verbis autem Christi (si per aquam
Spiritum ipsum intelligis) eiusmodi distinctionem, aut Spi-
ritus sancti sub forma aquæ revelationem locum non habere.
Idcirco ne sic quidem absurdissime ταυτολογίας criminе in-
reddenda verborum Christi Paraphrasi se liberabit Tossa-
bus.

68. Nobis

68. Nobis verò neg. notorijs hisce corruptelis, neq; dubijs
coniecturis, ad indagandam Christi mentem vel tantillum
opus est. Ex professo namq; de regeneratione differens, &
qua luculentam mentionem faciens, aquam non aliam intel-
ligit, preter eam, qua Petrus nos salvati p̄dicit, & qua
Paulus scribit sanctificari Ecclesiam Ephes. & quam deniq;
regenerationis istius, qua de Salvator ibi tractat, lavacrum
esse definit idem Apostolus Tit. 3.

69. Et h̄c quidem de Thesibus affirmativis Tossani,
quas thesibus visitatorijs de baptismo affirmativis irrito co-
natū opposuit: Reliquum est ut theses ipsius negativas exa-
nimemus.

70. Frim̄ ait, esse calumniam, orthodoxos docere, ba- Ad Thes.
ptismum esse externum lavacrum, quo TANTVM signifi- Toss.
cetur interior ablutio à peccatis, nec esse lavacrum regene- neg. I.
rationis.

71. Quis vero nostrum ait ORTHODOXOS hoc docere?
Non Orthodoxos sed Calvinianos sic docere contendimus.

72. Certe consensus vester, quem Orthodoxū dicitis, & à quo
tu, Tossane, haud dubiè non vis esse segregatus, ad unguem
docet: Baptismum non esse, sed tantum significare rege- In præf.
nerationem, cuius etiam sigillum sit, sed in solis electis. Apol.

73. Hinc nos syllogismum facimus, tu Tossane de illius so-
lutione cogita: Maior syllogismi est Tossani: Orthodoxi non
docent, baptismum esse externum lavacrum, quo TANTVM
significetur interior ablutio: At verò Consensus Cal-
vinisticus, quem illi sibi orthodoxum somniant, aperte sic
docet. Ergo Consensus ille Orthodoxus non est.

74. Eiusdem verò sententia est Calvinus, hunc in modum
scribens: In summa, nisi omnia religionis principia
evere

,, euertere libet, fateri necesse est, NON ESSE FVNDATAM
,, in Baptismo infantis salutem, sed Baptismo TANTVM ob-
,, signari.

Thefib.,, 75. Quid, quod & Beza cum erroris socijs aperte scribit,
scriptis „ existimare se, manifestam esse idololatriam, aliquam la-
in Col- „ tentem virtutem ALIAM aquæ (licet sacramentali) attri-
loq. „ buere, quam Sacramentalis significationis, nunquam (quod
Mom- „ ad Deum permittentem attinet) vane & inanis.
pelg. „ 76. Et quid multis opus? cum idem prorsus in effectu &
ad amissim sentiant ac doceant, quicunq; infantibus in bas-
ptismo fidem non conferri statuunt.

77. Quis enim in paedobaptismo ablutioni à peccatis
relinquitur locus, si baptizatis negetur fides, sine qua, nulla
unquam inde à condito mundo, facta à peccatis ablutio est.

78. Certum igitur est, ex Calvinianorum affirmatis sequi,
baptismo parvorum ablutionem à peccatis TANTVM si-
gnificari, & appendi sigillum ritui & ceremonie, non per ac-
cidens duntaxat (ut fieri in adultis potest) sed ex ipsamet
institutione & intentione ordinantis Dei nuda & inani,
haud aliter ac si quis sigillum appendat literis, in quibus ne
Ysù quidem scriptum reperiatur.

79. Et in hoc erroris cæno demersum herere Toffanum,
ipsemet dissimulare nequit, dum Paulinam propositionem
(baptismus est lauacrum regenerationis) non simpliciter, uti
sonat, accipit, sed ita resoluendam monet, ut baptismus dis-
catur esse SACRAMENTVM vel sacrum signaculum nostra
regenerationis.

80. At longè, longè minus dicitur, quando Calviniani
dicunt, baptismum esse regenerationis signaculum, quam
cum Apostolus ait esse regenerationis L AV ACR V M.

81. Quale verò ex vestra opinione signaculum regene-
rationis est baptismus, si in baptizatis infantibus regenera-
tio

sio nulla facta est? sed ea demum in etate discretionis non ex baptismo sed prorsus aliunde oritur?

82. Imò quomodo dicent Aduersarij baptismum signaculum regenerationis, quæ maxime multitudini baptizatorum (si prædestinatio Calvinistica regnet) conferatur nunquam? Sic utiq. baptismus ex ipsa intentione Dei, statueretur nec organum, nec signaculum, nec signum, nec lavacrum regenerationis his, qui finguntur absolutè reprobi. Quid ergo? nil nisi ludibrium coram Deo & mundo.

83. Respectu parvolorum autem saluandorum erit qui. Ad Thesin. dem signaculum regenerationis, non que collata sit in bapti. Toss. 2. smo, sed quæ multò post conferatur, non per baptismum sed negat. per auditum verbi: si Beze, si Abrahamo Musculo, si ceteris Mompelzarti Collocutoribus Calvinianis, si deniq. Palatinis Theologis fides habeatur.

84 Cæterum nihil attinet tropicas illas interpretationes accersere, ad vitandos (quos Tossanus somniat) idololatricos errores. Sicut enim idololatria non est, quando Spiritus sanctus asserit, per verbum prædicatum non modo obsignari sed etiam conferri fidem. Rom. 10. & regenerationem Pet. 1. & salutem Rom. 1. Sic pariratione idololatricum non est, statuere, quod Spiritus sanctus per baptismum, seu lavacrum aque in verbo, non tantum obsignet, sed & conferrat regenerationem ac fidem, & mediante fide consequenter salutem Iohan. 3. Rom. 6. Gal. 3. Ephes. 5. Tit. 3. 1. Pet. 3.

85. Et opera precium est attendere, quām fluctuet in re perdita & profligata Tossanus. Pingere cupit errores sociorum, si ullum colorem admitterent: Inquit: Confitemur tamen in sacramentis non significari modo, verum etiam ob-signari, & in RECTO VSV EXHIBERI res promissas: licet

C spiritus

Spiritus sanctus tanquam liberrimum agens non semper ita
in continentivm suam exerat, sed alios citius, alios serius
regeneret.

86. Per rectum usum haud dubiè fidem utentis intelligit:
per res promissas verò remissionem peccatorum, iustitiam,
& vitam æternam.

87. Si serio rem agis, Tossane, pedem hic fige, & respondet,
an hoc etiam de parvolorum baptismo acceptum velis? af-
firmas? Ergò manifestò declara, te Bezae sententiam repro-
bare, qui ex paedobaptismo fidem eliminat, qua sola res illæ
promissæ, beneficiaq; spiritualia apprehenduntur & possi-
dentur

88. Sin verò mens tua est, res promissas exhiberi quic-
dem (seu offerri) in baptismate parvolorum, ab eis verò
(quippe fide orbatis) non accipi, nec Spiritum sanctum ITA
IN CONTINENTI (ut tua habent verba) vini suam
exerere, sed alios citius, alios serius regenerare: nonne lu-
dis Ecclesiam verborum præstigijs? atq; nihilominus vacu-
um nobis paedobaptismum reponis?

89. Spiritus sanctus autem, licet liberrimè agat (quia
non coactè) tamen ordinariè VVLT semper & inconti-
nenzi omnes atq; singulos, parvulos, qui in nomine Patris, Fi-
lii & spiritus sancti baptisantur, regenerare, in ipso illo ab-
lutionis actu seu tempore percepti sui baptismi.

90. Quia Christus asserit regenerationem istam fieri ex
aqua & spiritu: & infantibus pollicetur regnum cœlorum,
cuius ingressus alias omnibus ijs, qui caro de carne nati
sunt, occlusus tantisper est, donec nascantur ex AQUA &
spiritu.

91. Et in ipso Baptismo contingere parvolorum regenerationem,
ostendit definitio Paulina, quæ Baptismum esse lava-
crum regenerationis ideo definit, quod per ipsum Baptis-
mum, atq; sic tempore Baptismi suscepit, regeneretur infans

&

¶ sanctificetur lavacro aquæ per verbum. Ephes. 5. ¶ inseratur morti Christi per Baptismum, Rom. 6. ¶ induat ibi Christum Gal. 3. ¶ per Baptismum salvetur, Tit. 3. ¶ 1. Peter 3.

92. Hominum porrò adultorum, qui demum annis distinctionis baptizantur, non eandem per omnia rationem esse, quæ parvolorum est, iam nunc planum fiet.

93. Omnes autem infantes, qui baptizantur in Ecclesia, regenerari verè indubitanter asserunt orthodoxi.

94. Idj. primum hinc, quia Rom. 6. ait Paulus: QVOT QVOT baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Et Gal. 3. QVICV NQVE baptizati estis, Christum induistis. Indui autem Christus absque regenerationis gratia nullo modo potest.

95. Et quidem hæ propositiones respectu intentionis & institutionis Dei per se universales sunt, adeo ut vi divina huius intentionis Baptismus respectu omnium rite baptizatorum, tam adultorum quam parvolorum, definiatur lavacrum aquæ in verbo, & lavacrum regenerationis, Ephes 5. & Tit. 3.

96. Per accidens tamen loca illa Pauli, Rom. 6. & Gal. 3. exceptionem admittunt in adultis, qui cum baptizantur etate iam aduliore, possunt vel peccatis contra conscientiam, vel actuali repugnantia, vel latente in corde hypocrisy virtutem regenerationis impedire, ita tamen, ut conversi deinde baptismus ante perceptus iam salutaris esse incipiat, quod Petrus exemplo Simonis Magi non obscure confirmat.

97. In baptizatis autem infantibus omnem exceptionem respnuunt, quod hac apud illos obstacula non reperiuntur, que regenerationem eorum & baptismi efficaciam intervenire valeant. Ut neque ulla eis obstat voluntas arcana Dei.

98. Dilucidè namqā Christus de parvulis pronunciat, Matthei 18. Non est voluntas Patris mei, ut vel V N V S pereat de pusillis istis.

99. Hoc certè est spondere pro omnibus baptizatis parvulis, & aeterni Patris beneficam erga illos voluntatem perspicua sancta & irrevocabili promissione patefacere.

Ad Thes. 100. Non igitur error est ex lacunis Idololatricis haustus, neg. Tos ut flagitiosè scribit Tossanus, sed vox indubitate Christi est, quando omnes (omnes, inquam, parvulos) utentes sacramento Baptismi re ipsa regenerari, & donorum spiritus sancti ac remissionis peccatorum fieri participes asseveramus.

101. Quod autem hypocritas & antichristos (que epitheta Tossani in adultos competunt) regenerari statuamus, per baptismum in sua illa hypocrisi perceptum, respondemus nunquam ex ullius Theologi nostrarum partium scriptis hoc monstrari posse, quod hypocritis & antichristis illam vim & efficaciam baptismi statuamus applicari, etiam se verus secundum substantiam baptismus eis contingat.

102. Aliás sanè contra quartam thesin Negativam Tossani ostensum luculenter est, non errorem sed veritatem esse, quod regeneratio fiat SEMPER in continentि & in ipso actu Baptismi, si de baptismo infantum id accipias: secus, si de Baptismo in etate grandiore percepto, ubi inter fideles & hypocritas fide veracarentes necessariò distinguendum est.

103. Quis autem, mi Tossane, dixit aut scripsit unquam, Sacra menta usum habere momentaneum? Baptismi usus in infantibus incipit in ipso eius actu; Et quanquam fieri potest, ut homo baptizatus ac regeneratus se rursum avertat à sua iustitia, Ezech. 18. tamen ex parte Dei ἀμελέτως hactenus stat fædus illud semel initum, quatenus vi baptismi semel percepti sinus gratiæ patet homini peccatori quandocunqā, vel in vita vel in morte de peccatis admissis dotet, & ad Dei misericordiam serujs gemitibus aspirate.

Neque

104. Neg^r nos fugit, extare exempla eorum, qui partim
ante Baptismum, partim post, atq^z adeò in senectute regene-
rationis efficaciam senserint.
105. Sed iam antè monui Toffanum, ne ludat fallacia se-
cundum plures interrogaciones, neve quæstionem de parvu-
lis cum ea, quæ de hominibus etate grandioribus est, impe-
ritè adeò confundat.
105. Porrò quod fulminat, detestandam esse ubiquitario-
rum audaciam, qui inter errores numerent, si quis doceat,^{Ad Thesin}
^{neg. Toff. 50} salutem non pendere à baptismo: explicabitur paulò post,
quæ sit hac in parte sententia nostra.
107. Interim tu tibi, Domine Iesu Christe, cave, ne Tof-
fanus in te condemnationis impiæ fulmen illud torqueat. Tu
enim salutem nostram à baptismi perceptione sic connexam
esse doces, ut non modò affirmes, sed religiosè iures, NISI
quis natus fuerit ex AQUA & Spiritu, NON POSSE illum
ingredi regnum cœlorum.
108. Non igitur Christi & Apostolorum doctrina est,
eum, qui crediderit, sive sit baptizatus, SIVE NON (inquit
Toffanus) salvum esse.
109. Christus enim de ordinaria salutis via differens, si-
dem cum Baptismo in quæstione salutis coniungit. Qui cre-
diderit & baptizatus tuerit, salvus erit. Marci 16.
110. Si quis autem dicat, se credere, & Toffani do-
ctrinæ fatus autumet, sibi fraudi non futurum, si maxi-
mè non baptizetur, dummodo credat: is se turpiter à Tossa-
no delusum, aeterno suo cum danno veltandem sentiet.
111. Interim ab ordinaria regula, quam Ioannis tertio
Christus prescribit, excipi casum necessitatis, non ignorao-
mus, & articulus ipse Visitatorius palam hoc edocet: idq^z in
typo baptismi, Circumcisione videlicet in deserto prætermis-
sa, ut & in latrone sine baptismo salutem consecuto, proba-
tum novimus. Sic ergo distinguimus inter parvulos, quod
qui Baptismi compotes fient, non regenerentur à D E O

ante baptismatis usum illum: non enim Deus, in ordinaria
sua actione solet immediate agere. Rursum qui præpediti
casu necessitatis ad baptismum non pervenient, hos extra
communem immediate regenerat.

Ad Thes.
Tos. 6.

“ 112. Quod attexit Adversarius, super eum, qui non cre-
diderit, etiam si Sacramentum baptismi perceperit, manere
iram Dei, ut Simoni Mago acciderit; Hæc, ut & tota Thesis
sexta, ne tantillum quidem nos ferit, qui hac τῷ ἀμφοῖρ
amplectimur: interim nihil conferunt Tossano ad fidem fa-
ciendam instituto.

113. Per velim autem scire, qua fronte Tossanus ausit sese
profiteri Confessionis Augustanae socium, cum doctrinam de
Baptismo in ea traditam atro condemnationis calculo no-
tare non perhorrescat.

Arrigae aures,
Tossane.

114. Augustana Confessio articulo nono non tantum dos-
cet, Baptismum esse necessarium, sed, quod plus est, sic à Ba-
ptismo salutem pendere confirmat, ut disserè pronunciet, Ba-
ptismum esse AD SALVTEM necessarium: Et in anti-
thesi subiuncta damnat eorum dogma qui affirmant, PVE-
ROSSINE BAPTISMO salvos fieri.

Ad thesin
Tossani neg.
septimam.

115. Tossanus contrà, mordicus defensat hoc thema, sa-
lutem à Baptismo non pendere, huic suo effato autoritatem
Christi & Apostolorum falsissimè pretexens, & non obscurè
docens, etiam extra casum necessitatis sine Baptismo salva-
ri infantes, ut qui eti am ante baptismum in fœdere censem-
antur & ab utero sanctifificantur, quod Confessio Augustana
ut Anabaptistarum errorem orthodoxè rejecit.

119. Baptismum à mulieribus administratum evacuatuu-
rus Tossanus, ne unum quidem allegat Scripture testimoni-
um sed hac misérè destitutus ad Patres sese proripit. Qui si
maximè γνῶντες οὐ πεποιησαντες nostris Ecclesiis usitatum reje-
rent, nihil tamen quicquam ipsorum error cœlesti veritati
præiudicaret.

Iam

117. Iam verò constat, eos oppugnare præpostorum illius
morem Marcionitarum, qui mulieribus etiam extra necessi-
tatis casum & quidem in publicis cætibus baptizare permi-
serant. Quod & nos, ut in conveniens & Apostolorum ordi-
nationi (que mulieri IN ECCLESIA docere, reliqua-
que Muneris Ecclesiastici partes obire in publico cætu non
permittit) aduersum serio improbamus.
118. Quando verò infans appetit moriturus, antequam
vel in locum publicum gestari, vel ordinarij Ministri copia
haberi potest, ibi verò fas licitum q̄ pronunciamus fæminis
ad hanc rem à Pastoribus suis diligenter informatis, ut in eo
periculo constitutos infantes baptizent.
119. Meritò enim externæ circumstantiæ cedunt Baptis-
mo, quippe ad salutem ex Christi assertione necessario: non
econtrà Sacramentum cedere debet externo ordini.
120. Et ut locus non derogat quicquam vel substantiæ vel
efficaciæ baptismi, (nam & circumcisio olim in privatis æ-
dibus administrata est Luc. 1. & Apostoli in locis privatis Aet. 8. 16.
ministerium baptizandi passim obijisse leguntur in Actis) & alibi
Sic neq; à personæ baptizantis dignitate Baptismi veritas
dependet, dummodo infans, iuxta verbum mandati, aqua
in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti baptizetur.
121. Sunt enim fæmine quoq; cohæredes gratiæ Dei, &
magna pars Ecclesiæ Dei, sanctificate et ipsæ per Baptismum 1. Pet. 3.
in regale Sacerdotium, & in huiusmodi casu necessitatis non 1. Pet. 2.
est in Christo Iesu mas nec fæmina Gal. 3.
122. Et quemadmodum morituro homini consolatio Eu-
angeli per mulierem proposita non ideo desinit esse verbum
Dei, quia per fæminam annuntiatur, sic neq; aqua iuxta for-
man institutionis in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti
morituro parvulo aspersa desinit esse Baptismus, propterea
quod permanum fæmine dispensatur.
123. Ideoq; & mulieres sèpiusculè partem aliquam sacri
Ministe-

Judic. 4. Ministerij recte obijisse leguntur, velut Debora & Hulda prophetissae, in veteri Testamento. Et in novo Testamento Ap. 2. Reg. 22. na prophetissa, docens in medio templo Dei de pueru Iesu, Luc. 2. & testificans ad omnes, qui expectabant redemtionem Israe lis Luc. 2.

Acto r. 18. 124. Quin & religiosi Iudei Aquile uxoris, Priscilla, erudit in via Domini splendidum illud Ecclesiae Corinthiacae Lumen & Doctorem eximium Apollon: quemadmodum & 2. Tim. 1. Timotheus a sua matre Eunica & avia Loide in verbo Domini institutus est.

125. Quid, quod parvorum Circumcisio, in cuius locum Baptismus successit Colos. 2. a mulieribus in veteri Testamento ritè legitimèq; peracta est?

126. Si Zipora Mosis uxor, quamvis ab Israelitica religione adhuc alienior (utpote cuius culpa filij circumcisione prætermissa fuerat) veram circumcisionem dispensauit, adeo ut Dominus ipse ratam illam haberet Exod. 4. cur non & què præstare hoc, verumq; Baptismum conferre in casu necessitatis queant nostræ fæminæ, Christianam religionem amplexæ, que ipsæ quoq; Baptismi sacrum suo corpore suscep- perunt, cum econtrà fæmine veteris Testamenti sacram circumcisiois corpore suo non suscepint?

127. Sic 1. Macab. 1. & 2. Macab. 6. leguntur mulieres suos circumcidisse filios, ideoq; ad supplicia per impios Regis Antiochi ministros & satellites abreptæ martyrijq; coronam æterna cum laude gloriaq; consecutæ.

128. Neg, verò concedendo in casu Necesitatis hanc potestatem fæminis, confirmatur error operis operati, ut sibi per somnium imaginatur Tossanus, sed mandato Christi mos geritur, & stabilitur illa Baptismi necessitas, quam Christus sacro sancto iuramento declarat: Amen, amen, dico tibi, N I S I quis renatus fuerit ex A Q V A & spiritu, N O N P O T E S T ingredi regnum celorum.

Quæ

129. Qua religiosa assertione Christus salutem nostram
Baptismo sic alligata docet, ut ordinariè in parvulis ope-
rari eam absq; hoc lavacro regenerationis NOLIT: ideoq;
pedobaptismus potius priuatis personis administrandus,
quam prorsus omittendus sit.

130. Ergò desinat Tossanus calumniari nostram hanc con-
suetudinem verbo Dei superstructam.

131. Quam rectius tuebimur in novissimo die, quim Cal-
vinista profanam impietatem suam, qua miseros infantes
in eiusmod casu, cum ordinarius Minister praesto non est,
absq; Baptismo sinunt decadere, hac freti mendacissima per-
suasione, si electi sint à Deo (absolutè scilicet, ut Calvinista-
rum habet Theologia) non posse illis fraudi esse, quod non
baptizentur: si electi hoc modo non sint, nil prodesse eis, ss
vel millies baptizentur.

132. Merito etiam damnamus Theodori Bezae horribilem
impietatem, qua Baptismum à privatis hominibus pera- Beza in
elum, pro fabula habendum scribit: econtra Baptismum quest. Ref.
administratum ab ipso Satana, si pro Ecclesia Ministro se de Sacra-
gerat, verum esse Baptismum aperte tradit. Et hæc ad The- mentis.
sin septimam negatiuam Tossani.

133. Sequentibus tribus Thesibus nititur afferre sancti- Ad Thesin.
tatem parvolorum ante Baptismum. Toss. negat

134. Ne autem in cauernas sese abdat Sophista, repeti- 3.
mus huc distinctionem paulò ante positam de parvulis, qui
baptismi compotes sunt, & de reliquis, quos à baptismō ne-
cessitas secludit.

135. His posterioribus iam omisis, de prioribus constan-
ter negamus, quod baptismum suum antegressa quadam san-
ctificatione peruertant.

136. Interim opere precium est aduertere, quam zetris ac
fœdis contradictionibus Aduersarij se suumq; dogma vani-
tatis & erroris conuincant ipsi.

137. Primò obserua, Tossanum contendere, liberos fidelis-

...um ab utero sanctificari, & ANTE BAPTISMVR ad
Deifædus pertinere.

Caluin. 138. Hoc ipsum sentit & Calvinus, scribens; non confer-
Epist. ad ... ri Baptismum infantibus, ut filii Dei FIANI & heredes sed
Ioan. ... quia iam eo loco & gradu censentur apud DEV M, adoptio-

Cluatur ... nis gratiam baptismo obsignari in eorum carne. Quamo-
gium. ... brem & in institutionib. suis scribit: ut illic (Rom. 11.) Pan-

lus sanctificari a parentibus suis Iudeos disputat: ita alibi
docet, eandem à parentibus sanctificationem liberos ducere.

139. Et Beza scribit, in infantibus obsignari adoptionem
In Thes. fæderis, IN QVO NATISINT.

Mompel- 140. Et rursum: hoc verè dixerim, interveniente pio-
gardii scri- rum parentum fide fieri, ut nati vel NASCITVR I infantes
pto tradi- sancti sint & in fædere censeantur, ac proinde serventur.
tis.

In Quest. 141. Iam quia Calvinus et Beza Religionis tue consertes,
& Respons. Tossane statuunt, infantes fidei nec capaces esse nec compo-
tes, & ne quidem in Baptismo fidem eis conferri, ut quæ de-
mum in annis discretionis ex auditu verbi in eis oriatur:
quām aptè igitur hæc sibi coharent?

142. Num enim quisquam potest esse in gratia Dei sine
fide? Fortè iuxta illud Heb. 11. IMPOSSIBILE est Deo
placere sine fide.

143. Et ubi legistis, vos Sacramentarij, adoptari aliquos in
filios sine fide? Num fortè Ioh. 1. dedit potestatem, ut liceret
filios Dei fieri, videlicet HIS, QUI CREDIDISSENT in na-
men ipsius?

144. Vbi verò legistis, fieri aliquos posse heredes, antequam
baptizentur, imò antequam donentur fide? Certè non in
Theologia Fausti, qui scribit non sine fide, sed EX FIDE dari
hereditatem, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio.

145. In qua rursum Theologia didicistis, infantes NASCI
in adoptionis fædere? Num vos ita docuit Christus, cùm Ni-
codemo affirmaret: Quod ex carne natu est, CARO est? & que-

dem

dem adeò est caro, ut nisi nativitas alia que non ex carne,
non ex sanguinibus, non ex voluntate viri, non ex voluntate
carnis sed ex Deo est, superveniat, regni calorum ianua ei
clausa sit.

146. Num Paulus sic insaniuit, ut nos in adoptionis Fædere
NASCI iudicaret: At qui, is nos NATVRA filios iræ, non mi-
nus atque ceteros, fuisse scribit. Eph. 2: quām verò nihil pro-
ficiat Tossanus, distinguendo inter naturam & gratiam,
paulo post videbimus.

147. Iam qui sanctificati esse queant fidelium liberi antè
Baptismum sine fide? quam derogatis infantibus: sine re-
generatione, quam in adultiorem etatem rejicitis?

148. Et quid absurdius, quām quod somniant Caluinia-
ni sanctificationem liberorum à parentibus duci?

149. Evidem si secundum Spiritum generarent, tūm quod
ex spiritu generaretur, Spiritus esset. Nunc quia generatio
est naturæ opus, & parentes generant secundū carnem: quid
aliud generent quām quod caro est, id est, liberos coram Deo
obnoxios peccato & aterne damnationis reos?

150. Adeò ut Adam ipse, licet renatus, generarit filium,
nen ad Dei imaginem, sed suam, Genes. 5.

151. Quod si pergant, Infantes ideo esse sanctos, quia de
sanctis sint nati parentibus, infinitis exemplis illorum im-
probitas retundi poterit. Quamenim sanctificationem du-
xit à renato Adamo Cain? ab Isaaco Esau? A Davide Absos-
lon? à Iosaphato Ioram?

152. Rursum, quam ab impijs parentibus trahere sanctifica-
tiōem possunt liberi pīj? ab Ahazo Hiskias? à Ierobeamo filius
eius Abias super quo inuētus est sermo bono à Domino: Re. 14.

153. Neque, hanc liberorum ab utero sanctificationem obtine-
bunt unius Baptiste exemplo.

154. Quanquam enim is in utero matris Spiritu S. reple-
tus est: id tamen quia Gabriel ipse, ut singulare quid & mi-
raculosum prædicat: certè si reliqui etiam fidelium parentū
liberi sanctificationem inde ab utero matrum ducerent, non

hoc in Iohanne ut singulare, novum & inusitatum commendare potuisse.

155. Quod autem Apostolus scribit, Corinthiorum liberos esse sanctos: Primo non additur ibi sanctos esse ante Baptismum, ut Calvinistæ dicitant.

156. Deinde sanctitatis vox eo loci sanctitatem non spiritualem illam, qua de controvèrtitur, sed legalem et Civilem significat, quo sensu verbis ibi connexis infidelis maritus, dum talis est & manet, nihilominus per fidem coniugem sanctificari dicitur, & infidelis uxor per maritum fidem. Quod de sanctitate coram Deo interpretari, cum absurdum esset, tūm prorsus ab eo loyop.

157. Vult autem præuerttere ibi Corinthiorum obiectionem, qui imparibus illis coniugiis impliciti angi hac sollicitudine poterant, contaminari forte coniugium suum alterius partis infidelitate, ut iam pro legitimo haberi nequeat.

158. Negat Apostolus, & negationis causam hanc affert, quia alias liberi inde nati essent immundi, quippe ex illegitimo thorone nati, si impar id coniugium ob infidelitatem alterius partis desineret esse legitimum. Iam verò quia nemo quis quā ambigit, liberos illos esse legitimos & sanctos, sanctitate legali & Civili: Ergo & coniugis infidelis usum coniugalem, quo mediante procreantur illi liberi, immundum non esse fideli parti, sed mundum, concessum & licitum.

159. Itaq; Lutherus in marginali glossa sic breviter & Orthodoxè locum hunc Apostoli enarrat: Quemadmodum puris omnia sunt pura Tit. Sic homini Christiane infidelis in matrimonio pars etiam pura est, & liberi non sunt reiiciendi tanquam impuri, quos tolerare nec possit, nec debeat. Coniugium enim & cura liberorum recta manent, sive in Ethnicismo, sive Christianismo.

160. Remittit nos Tossanus in margine etiam ad locum Rom. vi. Si primitæ sanctæ, sancta est & conspersio: & si radix sancta, sancti erunt & rami. Et

161. Et verba sanè Pauli agnoscimus. Tossani vero insit
iuto nihil afferunt vel momenti, vel adiumenti.
162. Neque enim Apostoli mentem subiit docere, esse san-
ctorum patrum, Abrahami, Isaaci, & Iacobi (qui sunt ceu
primitiae & radix istius populi) posteros, Iudeos, ideo sanctos,
quia ab his patribus descenderunt, antequam vel per ver-
bum, vel per Sacramentū initiationis inserantur Ecclesie, hoc
. n. & Baptista Matt. 3. & Christus Ioān 8. ex professo refellit.
163. Sed scopus ipse declarat, hoc velle Paulum, populum
Iudaicum non ita simpliciter & in universum esse reiectum,
quin semper aliquæ mancant reliquie, aliqui convertendi
Iudei, qui per verbum Evangelij & Sacra menta lucrifiant
Christo, & tum demum quando sic conversi sunt (nequa-
quam vero ante suam conversionem) sanctitatis Patrum
suum particeps, gratiæq; consortes fiant.
164. Deniq; quod Tossanus dicitum intendit ad locum
Actor. 2. vobis facta est re promissio & filiis uestris: Distin-
guendum est inter promissionem ipsam, & promissionis fru-
ctum.
165. Genti Iudaice & huius posteris facta est re promissio
de exhibendo eis Messia Domino, quem exhibitum & per il-
lustrem effusionem Spiritus sancti declaratum Iudeis predi-
cat ibi Petrus. Et secundum hanc re promissionem debuit Iu-
deis primum annunciar i doctrina Evangelij, Actor. 13. ad
implendas promissiones Patrum Rom. 15.
166. Qui ergo hanc prædicationem fide sunt amplexi, his
non solum promissio facta est de mittendo Messia, sed possi-
dent illi iam promissionis fructum quoq;
167. Qui vero voci Evangelij non crediderunt, hi neque
fructum promissionis sunt adepti. Quis enim tam sit absur-
dus, ut ad filios Iudaici populi, quoquo modo se habentes, di-
vine promissionis fructum pertinere confirmet?
168. Sic enim quicunq; descenderent à Iudeis, habendi

D 3 forens

forent pro filijs, quod aperte negat Apostolus, Rom. 9. dicens:
non qui filij carnis, hi filij Dei; sed qui sunt filij promissionis,
recensentur in semen.

169. Filij autem promissionis sunt, qui credunt; his namque
solis ea contingit, perhibente Paulo: Promissio ex Fide Iesu
Christi datur C R E D E N T I B V S, Gal. 3.

170. Ridiculum simul & absonum est, quod illo praecepit
argumento (a sanctitate liberorum ante baptismum ducto)
paedobaptismum contra Anabaptistas hactenus esse defen-
sum somnias: quo tamen argumento Tossanico nonnulli ex
Anabaptistarum grege potius oppugnant paedobaptismum,
hoc pacto: Infantes sunt sancti ab utero matris. Ergo nihil
indigent baptismo.

171. Christus autem ex diverso planeque, contrario princi-
pio paedobaptismum astruit, hunc in modum: Infantes
N O N sunt sancti ab utero matris, sed caro de carne nati.
Ergo baptizentur, ut ex aqua & spiritu renascantur, & ex
non sanctis fiant sancti, ex filijs ira filij gratiae.

172. Vnde apparet, Tossanum Christi Salvatoris argu-
mentum invertere ex proposito, & figmentum cordis sui pro
Ecclesie decreto venum extrudere. Nec iuvat cum distin-
ctio, qua sanctificationem infantum non ad naturam perti-
nere, sed gratiae acceptam ferri pronunciat.

173. Quam distinctionem quo minus infantibus ante
perceptionem baptismi aptare liceat, monet nos sacrosancta
Magistri unicus nostri Iesu Christi autoritas.

174. Is enim cum diceret; Amen, amen dico tibi, nisi
quis natus fuerit ex Aqua & Spiritu, non potest ingredi re-
gnum cœlorum: locutus est non cum gentili quopiam, sed
cum Nicodemo, ex DE I populo & Abrahami semine ac po-
steritate oriundo.

175. Quare perspicue docet, eos etiam, qui in Ecclesia
nati

mari sunt, adeoq; quicquid ex carne natum est, sic coram Deo
esse corruptum & reum damnationis, ut priusquam ex a-
qua & spiritu renascatur, non posse esse consors regni Det.

176. Si verò Tossant distinctio militaret, essent etiam
nondum ex aqua & spiritu renati, nihilominus regni cælo-
rum participes: si non per naturam, at per gratiam: id quod
Christus sanctissimè gravissimeq; (iuramenti etiam adhi-
bita solenni formula) per negavit.


177. Et si verum est, parvulos alias naturā filios ira, ni-
hilominus esse filios gratiae, & infædere, non minus ante
baptismum, quam baptismo iam suscepto, pari planè sorte &
conditione: inanem ergo laborem præstat dominus, accura-
tè adeò inter utrumque statum & tempus distinguens, ita
ut eis ante baptismum, priusquam ex aqua & spiritu renas-
cantur, regnum cælorum clausum, baptizatis verò patet
etum esse pronunciet.

F I N I S.



150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

211 212 213 214 215



94 A 7351



W 13


Hi. 8





Farbkarte #13

B.I.G.



**THESES DE
BAPTISMO
CONTRA DANIE-
LEM TOSSANUM,**

A D Q V A S,

A V X I L I A N T E D E O,
PRAESIDE ÆGIDIO HVNNIO, S. Theolo-
giæ Doctore, & in Academia VVitebergeni
Professore, M. ANDREAS SCHAFMANNUS
Tremoniensis 16 Novembris in Audi-
torio Theologico horis matuti-
nis, respondebit,



**VVITEBERGAE,
Excudebat Vidua Matthæi
VVelaci.**

ANNO M.D. XCII.

7

